

amplectere: Virū autē dixerim fuisse iesum, non solū sam  
 cū diceret uir ppheta potens in opere & sermone: sed etiā  
 cū tenera adhuc infantis mēbra: dei mater blando uel so  
 uerit in gremio: uel gestaret in utero. Vir igit erat iesus  
 necdū etiam natus: sed sapientia non etate: animi uigore  
 nō uiribus corpis: maturitate sensu: nō corpulentia mem  
 brorū. Neq; enim minus habuit sapientie uel potius nō  
 minus fuit sapia iesus conceptus quā natus: paus quā  
 magnus. Sicut ergo latens in utero, sic uaginis in præse  
 pio: sic iam grādiu sculus inter rogās doctores in templo:  
 sic iā perfecte etatis docens in pplō: sic uero profecto ple  
 nus fuit spiritu scō. Nec fuit hora in quacūq; etate sua:  
 qua de plenitudine illa quā in sui conceptōe accepit in  
 utero, uel aliquid minueret uel aliquid eidem adhaereret  
 sed à principio pfectus: à principio, in quā, plenus fuit spū  
 sapientie & intellectus: spiritu consiliū & fortitudinis: spi  
 ritu scientie & pietatis: & spiritu timoris dñi. D Nec  
 temoueat qd de illo legis in alio loco. Iesus autem pphie  
 bat sapientia & etate & gratia apud deum & homines.  
 Nam quod de sapientia & gratia hic dictum est: non secū  
 dum qd erat: sed s'm qd apparebat intelligendum est: non  
 quia uidelicet aliquid ei nouum accideret qd ante nō ha  
 beret: sed qd accideret uideret quando uolebat ipse ut ui  
 deret. Tu homo cum proficis nō quando nec quātum uis  
 proficis: sed te nesciente tuus moderat profectus: tua uita  
 disponitur. At uerō puer iesus qui disponit tuam, ipse di  
 sponere & suam, & quando uolebat & quibus uolebat  
 sapiens apparebat, quando & quibus uolebat sapientior:  
 quando & quibus uolebat sapientissimus, quāquā in se  
 nūquā esset nisi sapientissimus. Similiter & cum semper  
 omni gratia plenus fuisset: sic quam apud deū: sic quā  
 apud homines habere deberet, pro suo tamen arbitrio eā  
 nunc plus nunc minus ostendebat: prout cementium uel  
 meritū cōgruere, uel saluti expedire sciebat. Cōstat ergo  
 quia semper iesus uirilem animum habuit, & si semper in  
 corpore uir nō apparuit. Cur deniq; dubito uirum fuisse  
 se in utero: quem mihi deum fuisse non ambigo. Minus  
 quippe esse esse uirū quā esse deum. Sed uide si nō etiam  
 hanc hieremie nouitatem Esaias lucidissime aperit: qui  
 nouos superius aaronicos flores exposuit. Ecce, inquit,  
 uirgo concipiet, & pariet filium. En habes feminam scili  
 cet uirginē. Vis & de uirō audire quid sit: Et uocabitur,  
 ait, nomen eius emanuel: id est nobiscū deus. A Femina  
 itaq; circumdans uirum: uirgo est concipiens deum.  
 Videns quā pulchre & concorditer sanctiorum mira fa  
 cta & mystica dicta sibinūcem concinnunt: Vides quā im  
 stupendum sit hoc unum de uirginē & in uirginē factum  
 miraculum: quod tot miracula preuenerunt: tot oracula  
 promiserunt: Vnus nimirum fuit spiritus prophetarum:  
 & licet diuersis modis, signis & temporibus eandem rem  
 diuersi non diuerso spiritu & prouiderunt & prædixe  
 runt. Quod moysi monstratum est in rubo & igne: aaron  
 in uirga & flore: gedeon in uellere & rore: hoc aperte Sa  
 lomō prouidit in forti muliere & eius precio: apertius  
 Hieremias præcinit de femina & uiro: apertissime Esaiās  
 declarauit de uirginē & deo: Gabriel tādē exhibuit spū  
 sam salutando. Ipsa namq; est de qua nunc euangelista.  
 Missus est, ait angelus à deo ad uirginē desponsatam  
 Ioseph. B Ad uirginē, inquit, desponsatam. Quare  
 desponsatam? Cum esset, inquam, uirgo electa & ut osten  
 sum est uirgo conceptura: uirgo paritura: mirum cur de  
 sponsata fuerit non nuptura. Nunquid uel hoc casu fa  
 ctum quis dixit: Non ex casu factum uel quod rationabilis  
 causa commendat causa ualde utilis & necessaria & diu  
 ni profus adiuuentione consiliū digna. Dicam qd mihi  
 imo qd ante me patribus usum fuit. C Illa utiq; fuit  
 ratio desponsationis marie quæ & dubitationis thome  
 Mos siquidē in dæuō erat ut a die desponsationis sue usq;  
 ad tps nuptiarū sponis sponse traderetur custodia: quatenus  
 eorum ipsi eo sibi pudicitiam curi ostus seruaret:  
 quo sibipsi fideiores existerant. Sicut ergo Thomas du

btando, palpando: constar: tiffimus factus est dñice con  
 fessor resurrectionis: ita & Ioseph Mariam sibi desponsau  
 do: eiusq; conuersionem in tempore custodiae studio  
 sius comprobando: factus est pudicitie fidelissimus te  
 stis. Pulchra utriusq; rei conuenientia: & dubitatio tho  
 mæ & desponsatio Marie. Poterant quidem similes erro  
 ris laquei nobis iniicere, fidei uidelicet in illo: castitatis  
 in illa: ueritatem in suspitionem adducere: sed ualde pru  
 denter & pie factum est per contrarium: ut unde metue  
 batur suspicio: firma sit certitudo. Nam & de filij resurre  
 ctione citius quidem ego qui infirmus sum crediderim  
 Thomæ dubitanti & palpanti: quā cephæ audienti &  
 credenti: & de matris continentia facilius sponso eius eu  
 stodiendi & experienti: quā ipsi quoq; uirginē de sola sua  
 cōsciētia se defendenti. D Dic quæso quis eam uidens  
 non desponsatā & grauidā, non potius diceret corruptā  
 quā uirginē? Nō autē decebat hoc dici de matre dñi. To  
 lerabilius uerō atq; honestius fuit putari ad tps christum  
 de coniugio fuisse narā: quā de fornicatione. A Sed  
 non poterat, inquis, deus apertum aliquid ostendere si  
 gnium: quo uidelicet fieret: ut eius nec ortus susamaretur  
 nec mater criminetur: Poterat utiq; sed non poterat la  
 tere daemones: qd scirent homines. Oportebat autē a prin  
 cipe mundi aliquandiu clari diuini consiliū sacramentum  
 non quod deus si palam opus suum facere uellet: impedi  
 ri posse ab illo metuere: sed quia ipse qui nō solum pote  
 ter, sed etiam sapienter quæcumq; uoluit fecit: sicut in om  
 nibus operibus suis quasdam rerum uel temporū cōgruē  
 tias propter ordinis pulchritudinem seruate consueuit,  
 ita in hoc quoq; tam magnifico opere suo, nostræ uidelicet  
 et reparationis, non tantum potentiam suam: sed & pru  
 dentiam ostendere uoluit. Et quamquam illud aliter quō  
 uellet perficere potuisset: placuit ei tamē eo potius & mō  
 & ordine hominem sibi reconciliare: quo nouerat eccō  
 disse, ut sicut diabolus prius seduxit feminam: & postmo  
 dum uirum per feminam uicit, ita prius à femina uirgi  
 ne seduceretur, & post a uirō christo aperte debellaretur:  
 quatenus malitie fraudi dum ars pietatis illuderet: ac ma  
 ligni fortitudinē, christi uirtus contereret: diabolo Deus  
 & prudendior appareret & fortior. Ira quippe decuit in  
 carnatam sapientiam spiritalem uincere malitiam: quo  
 non solum attingeret à fine usq; ad finem fortiter: sed &  
 disponderet omnia suauiter. Attingit autē à fine: usque  
 ad finem, id est à celo usque ad infernum. Si ascendero,  
 inquit, in celum tu illic es: si descendero in infernum  
 ades. Vtrobq; uerō fortiter quando & de supernis expu  
 lit superbium: & apud inferos spoliavit auarum. Con  
 ueniens ergo erat ut suauiter quoque omnia celestia scilicet  
 licet & terrena disponderet: quatenus & illinc deiciens  
 iniquitum reliquos in pace firmaret, & huc debellaturus  
 inuidum nobis prius suæ humilitatis & mansuetudinis  
 ualde necessarium exemplum relinqueret: scilicet mirabilis  
 fieret moderamine sapientie, ut & suis suauis: & hosti  
 bus fortis appareret. Quid enim prodesset diabolo à  
 deo uincit: nobis manentibus superbis: Necessario igitur  
 desponsata est Maria Ioseph: quando per hoc & a cano  
 bus sanctum absconditur: & a sponso uirginis compro  
 batur, & uirginis tam uerecundie parcitur: quā fame  
 prouidetur. Quid sapientius: quid dignius diuina pro  
 uidentia: Vno tali consilio secretis celestibus, & admittit  
 testis, & excludit hostis, & integra seruat sana  
 uirginis matris. Alioquin quādo peperisset iustus adul  
 ter: Scriptū est autem: Ioseph autem uir eius cum esset  
 iustus & nollet eam traducere: noluit occulte dimittere  
 eam. Bene cum esset iustus, noluit eam traducere: quia si  
 cut nequaquā iustus esset si cognitam eam consensisset:  
 sic nihilominus iustus non esset si probatam iunctam  
 am condemnasset. D Cum ergo iustus esset, & nollet  
 eā traducere: uoluit dimittere eam. Quare uoluit dimit  
 tere eam? Accipe & in hoc non meam, sed patrum senten  
 tiam. Propter hoc Ioseph uoluit dimittere eam: pro

Esai. 1.  
 Luc. 2.

Esai. 7.

Luc. 1.

Psal. 138.

Matth. 1.